

Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rahne/ I. D. & Prof. Ord. Ad
Exsequias Quas Viro ... M. Jeremiae Nigrimo, Scholae Opidanae Rectori hactenus
fidelissimo Liberi moestissimi paratas cupiunt; Omnes omnium ordinum cives
peramanter invitat**

Rostochii: Kilius, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774762284>

Druck Freier  Zugang



Rahne, H.,
in
J. Nigrinus
(Schwartz).

Rostock, 1646.

51.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774762284/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774762284/phys_0002)


DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774762284/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774762284/phys_0003)

DFG




RECTOR
 UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
HENRICUS Rahnæ / J.D.
 & Prof. Ord.
AD EXSEQUIAS
 Quas
 VIRO
Clarissimo atque Eruditissimo
M. J E R E M I A E
NIGRINO,

Scholæ Opidanæ RECTORI
 hactenus fidelissimo
 Liberi mœstissimi
 paratas cupiunt;

Omnis omnium ordinum ciues promovet
 invitat.



ROSTOCHII,
 Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
 ANNO M. DC. XLVI.





Nondum cessat mors atra sævire
in Cives Academiæ. Heri adole-
scensem bonæ spei & exspecta-
tionis extulimus, hodie etiam
RECTOR EM Scholæ opida-
næ M. J E R E M I A M N I G R I N U M effere-
mus. Jam, opinor, vos scire, quid & nos veli-
mus, & quid vos deceat facere. Explicabo ve-
ro mentem, ubi prius exposuero, quæ expo-
nenda de piè defuncto pro consuetudine re-
cepta sunt. Natus est Slavæ in Pomerania
ulteriori, anno suprà millesimum quingen-
tesimo nonagesimo sexto, die vigesimo Fe-
bruarii. Patrem habuit J E R E M I A M
Schwarzen/ qui imperium consulaire apud
Slavenses olim cum laude gessit. Præter-
quam enim quod doctus, prudens, & amans
patriæ esset, si quisquam aliis; tam recti &
quique observantem novimus, tam morum
vitæque integrum, ut antiquæ virtutis ac
fidei virum merito appellaretis. Matrem sor-
titus fuit M A R G A R E T A M Pantelis/
feminam,

minam, quoad in vivis erat, virtute ac pietate
præstantem. Avum paternum habuit A N-
D R E A M S c h w a r z e n Reipub. Slavensis Se-
natorem prudentissimum; aviam paternam
E L I S A B E T A M S a l e m a n n s ; avum mater-
num J O A C H I M U M P a n t e l / civem apud
Slavenses primarium; aviam maternam
K ö h n e S c h l i c h t e r s matronam bonæ famæ &
opinionis. Elucebat in eo inter initia statim,
ut solet in generosis naturis, animi & ingenii
lumen: quo siebat ut literis primum in Scho-
la patria diligentissimè imbueretur, donec
anno c l o I o c I X , Stolpiam Pomeraniae ulte-
rioris oppidū missus, atque in eam Scholam,
quæ tum doctissimis & solertissimis Ludima-
gistris instructa erat, traditus fuit. Cum ibi
biennium vixisset, parentum auspiciis, in il-
lustre illud pædagogium, quod est Sedini, pla-
ne condignum ingenio suo ephebeum able-
gatus fuit, ubi pietatis, linguarum artiumque
liberalium studia curiosè & de industria per
quinquennium per tractavit. Tandem anno
c l o I o c X V I , in hanc Academiam perrexit,
in qua Philosophiae studia ita calide habuit:
& auscultando, meditando, privatim publi-
cèq; disputando sic ea sibi propria fecit, ut
anno

anno cl^o loc^o XIX. ARTIUM LIBER-
LIUM ET PHILOSOPHIÆ MAGISTER
post experimenta solemnia, de fententia to-
tius Philosophorum collegii, publicè renun-
ciatus sit. Reverendum vero honorem su-
mit, quisquis Magistri nomen acceperit, ait
præclarè Theodoricus rex apud Cassiodorū.
Auctus hoc honore, cum non gradum viro,
sed virum gradui decus adferre sciret, non
more multorum compotationibus indulge-
bat, nec vana persuasione inflatus studia de-
ponebat: sed totum sese in literas abdebat,
& ab his fontibus ad hominum famam pro-
fluebat. Quapropter cum ex hac nostra in
Academiam Reginmontanam pervenisset,
post paucas septimanas quām eò venisset,
Scholæ Kniphofianæ, & postquam huic an-
num unum operam suam navasser, Palæo po-
litanae ConRector accersitus atque renunci-
atus fuit. Quod officium cum triennio inte-
gro, singulari fidei ac industriæ laude admi-
nistrasset, anno supra millesimum sexcente-
simu vigesimo tertio Wismariam vocatus
est, ut partibus Rectoris Scholæ fungeretur,
quas etiam per annos sedecim magna cum

G₃

laude

laude & successu sustinuit. Eodem anno præstantissimam virginem A N N A M L A N-
G E N., civis nostratis viri honestissimi filiam
duxit conjugem, ex qua tres filios, quorum
duo, nimirum Gottlieb & Jeremias adhuc in
vivis sunt & diligenter literis incumbunt;
quatuor item filias, quæ adhuc hodie, ut Poëta
loquitur, aura vitali vescuntur, Wismariæ
suscepit. Vixerunt mira concordia per cari-
tatem mutuam: quæ ut concordiam gene-
rat, sic ab eadem nutritur ipsa ac alitur &
conservatur. Anno cīc Iōc X XXIX, vo-
catus ad Rectoratum Scholæ nostræ oppida-
næ est, quam functionem verbo splendidam,
re ipsa molestam, & miseriaram plenissimam
septem annis laudabiliter explevit. Neque
enim in ulla parte officio suo defuit: nisi va-
letudine & infirmitate impediretur. Per
undecim septimanas cum gravissimo mor-
bo conflictatus fuit, & paullo ante finem
vitæ in gravem totius corporis cacochymi-
am incidit, ex qua plurimi sensim pullula-
runt morbi, irtuote asthma, scorbutus & hy-
drops. Sex sunt hebdomadæ, ex quo jam
vehementia morbi egressū ex hac vita præfa-
gire

gire videbatur. Ab eo tempore à rebus mortaliis receptui canens sese divinis meditationibus & sacris precationibus totum dedidit, atque sarcinulis suis collectis diu jam grabatarius, ad ~~euθανασίαν~~ sese comparavit, donec tandem die sexto Julii mane circa septimam & octavam, candelæ instar deflagraret, & sine omni motu ex mundi hujus diversorio, in quo annos ipsos quinquaginta moratus, in veram patriam migraret. Erat vir bonus, rectus, apertus, simplex, à fupo & dolo alienus, multæ eruditio[n]is. Quibus egregiis & pluribus aliis dotibus quod nunc orbata Civitas nostra, pro haud vulgari clade accipiendum est. Sed sanat idem, qui vulnerat: & consulet D E U S Reipublicæ nostræ literariæ denuo, qui nunc affixit.

Vos, Cives Academici, agite atque Clarissimi Viri funus, quod H. I. duceatur postea, frequenti officio exsequimini, ac inter eundum cogitate illud Sapientis:
M A L E V I V E T, Q U I S Q U I S N E S C I E T B E N E M O-

R. I.

R. I. P. P. sub sigillo Universitatis à d. X.
Julii, Anno clo Ioc XLVI.

*Conventus fiet in æd D. Virginis ad
horam primam*





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774762284/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774762284/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774762284/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774762284/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774762284/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774762284/phys_0015)

DFG



anno cl^o loc XIX. ARTIUM
LIUM ET PHILOSOPHIÆ M
post experimenta solemnia, de se
tius Philosophorum collegii, pub
ciatus sit. Reverendum vero ha
mit, quisquis Magistri nomen acc
præclarè Theodoricus rex apud C
Auctus hoc honore, cum non gra
sed virum gradui decus adferre se
more multorum compotationib
bat, nec vana persuasione inflatu
ponebat: sed totum sese in liter
& ab his fontibus ad hominum
fluebat. Quapropter cum ex h
Academiam Regiomontanam p
ost paucas septimanas quam
Scholæ Kniphofianæ, & postqua
num unum operam suam navasse
litanæ ConRector accersitus atq
atus fuit. Quod officium cum tr
gro, singulari fidei ac industriæ
nistrasset, anno supra millesimur
fimo vigesimo tertio Wismaria
est, ut partibus Rectoris Scholæ
quas etiam per annos sedecim in

G₃

